



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Willibaldvs Ep. 7. Iulii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

sefe interposuissent, iterum domum
GODELEVAM duxit Bertulphus,
 sed efferendam. Siquidem binis ser-
 vulis ad omne scelus exercitatis, ut la-
 queo, dum ille domo abit, suffocarent
 innocentem, imperavit. Virtuti calum-
 plurius portentis parentavit. Nam pa-
 nes, qui sub funebrem diem in miseros
 erant spargendi, in furno numerum
 suum longe superaverunt. Aqua, in
 quam abjectum funus erat à parricidis,
 medicinam morbidis propinavit. Ipsa
 humus in loco supplicii egesta in luci-
 dissimas gemmas abiit, ne amplius
 quisquam dubitaret pretiosam in con-
 spectu Domini mortem Sanctorum
 esse. *Ex Surio.*

S. WILLIBALDVS EP. 7. Julii.

A Nimæ calo nata eheu! exilium
 amamus, patriæ obliviscimur. At
 non ita **WILLIBALDVS** è regiâ
 Anglorum stirpe pulcherrimus floscu-
 lus. Vix enim mundum seque adeo
 circumspexit, cum illico peregrinum
 agnovit, ideoque exire hinc quàm
 ocyus, nec solus voluit, sed in lauda-
 tissimi facinoris societatem Wune-
 baldum Fr. & Walpurgam sororem,
 quin Richardum etiam regem paren-
 tem excivit. *Si nescis, Pater, peregrini
 hic etiam reges sumus. Quin igitur is,
 quo SS. virorum per omnem orbem vesti-*

blatius

gla.

gia, atque adeo Christi re ducunt. Exi
 ab! exi regno! nisi exis, scilicet efferere.
 Ergo purpura penula, sceptrum bacu-
 lo, corona galero cedit; atque ita digna
 Regibus Anglis expeditio Romam,
 inde Hierosolymam adornatur. Ulti-
 mum, ut hanc etiam suæ peregrinatio-
 nem cruces comitarentur, in illo iti-
 nere patrem, in hoc oculos amittit.
 Recepit tamen hos ad urbem sanctam
 appulsus, viditque deinceps tam bene,
 ut excacatis tum à Gentilitiâ super-
 stitione Germanis dux à Gregorio
 Pont. datus fuerit, quem quidem an-
 nis XXXVI. egregiè præstitit, & nobi-
 lem hodie Episcopatum Eystetensem
 condidit. Sed inter omnia ejus (que
 multa & immortalia) facinora, illud
 princeps est, parentem è regno secum
 ad D E V M abduxisse. Eant nunc de-
 liri senes, querantur ultimo ætatis ad-
 miniculo orbari sese, ubi è mundo fe-
 lius abit. Abeundo WILLIBAL-
 D V S, an non parenti Scipio fuit? &
Philippo Eystet.

S. PROCOPIVS M, 8. Julii.

Saulum aut Saulo simillimum Nea-
 Sniam vides : quippe à Diocletiano
 Alexandriam missus, quò Christianos
 illic excinderet, & ipse Christum ob-
 vium habuit, & quidem è cruce sibi lo-
 quentem. Multum igitur se aberrasse
 animad-